



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Die XX. Octobris. In Festo S. Joannis Cantii Confessoris**

**Paderbornae, 1770**

Lectio VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62860](#)

admonitos. Famelicos de suo<sup>rum</sup> etiam ob-  
sonio satiabat. Nudos autem non emptis  
modo, sed detraetis quoque sibi vestibus,  
& calceis operiebat, demisso ipse interim  
usque ad terram pallio, ne domum nudi-  
pes redire videretur. &c. Amavit.

*Lectio VI.*

**B**revis illi somnus, atque humi; vestis,  
quæ nuditatem, cibus, qui mortem  
dumtaxat arceret; virginalem pudicitiam,  
velut lilyum inter spinas, aspero cilicio,  
flagellis, atque jejuniis custodivit. Quin  
& per annos ante obitum tringinta circiter  
& quinque ab esu carnium perpetuo ab-  
stinuit. Tandem dierum juxta, ac meri-  
torum plenus, cum vicinæ, quam præ-  
fensit, morti se diu, diligenterque præ-  
parasset, ne qua re amplius teneretur, si  
quid domi supererat, id omnino pauperi-  
bus distribuit. Tum Ecclesiæ Sacramen-  
tis ritè munitus, dissolvi jam cupiens, &  
esse cum Christo pridie Nativitatis ejus in  
cœlum evolavit miraculis ante, & post  
mortem clarus. Mortuus ad proximam  
**Academiæ** Ecclesiam Sanctæ Annæ dela-  
tus est, ibique honorifice sepultus. Au-  
taque in dies Populi veneratione ac fre-  
quentiâ inter primarios Poloniæ, ac Ly-  
thuaniæ Patronos religiosissime colitur.

No-

Novisque coruscans Miraculis à CLEMEN-  
TE Decimo Tertio, Pontifice Maximo  
Decimo septimo Kalendas Augusti, Anno  
Domini Millesimo septingentesimo sexa-  
gesimo septimo, solemnni ritui Sanctorum  
Fastis adscriptus est. Ex. Iste homo.

### IN III. NOCTURNO.

*Lectiones de homilia S. Gregorii Papæ  
in Evang. Sint lumbi vestri. ut in Commun-  
Confess. non Pontif. I. loco.*

*Ad Laudes Hymnus, ut in I. Vesperis.*

### AD II. VESPERAS.

**T**e deprecante corporum  
Lues recedit, improbi  
Morbi fugantur, pristina  
Redeunt salutis munera.

Phtisi, febrique, & ulcere  
Diram redactos ad necem,  
Sacratas morti victimas  
Ejus rapis e faucibus.

Te deprecante tumido  
Mercea abactæ flumine,  
Tractæ Dei potentiam  
Sursum fluunt retrogradæ.

Cum tanta possis, sedibus  
Cœli locatus, poscimus:  
Responde votis supplicum  
Et invocatus subveni.

O